DECIMAOCTAVA PROPOSITIO.

Si duorum triangulorum duo latera uni us, fuerĩt æqualia duobus laterib. alteri us, & anguli contenti his æquis lateribus fuerĩt inæquales, erit illius basis maior, cu ius lateribus angulus amplior continetur.

Sint duo triangulia b c, e d f, & latera duo prio ris a b, & a c sint æqualia duobus lateribus poste rioris d e & d f, & angulus a maior angulo d. Di co basim b c maiorem esse basi e f. Nam super pun cto d lineæ d e locetur per præcedentem angulus æqualis angulo b a c, sitq; is e d g & linea d g sit æ qualis a c subtendaturq; basis e g, quæ necessariò erit æqualis basi b c in triangulo a b c. Quaprop ter si probauerimus e g maiorem esse e f, erit quo q; probatum b c eadem esse maiorem. Trahatur f g linea. Et quia d g posita est æqualis d f, igitur per quartã angulus d f g est æqualis totali angu lo d g f, ergo idem angulus d f g erit maior parti ali angulo e g f, quare multo maior erit angulus e f g, ãgulo e g f. Latus igitur e g maius est per de cimãtertiam latere e f, quod erat demõstrandũ.

DECIMANONA PROPOSITIO.

Si super bases duorum triangulorum an guli iacentes fuerint æquales, & uel basis unius æqualis basi alterius, aut unum latus unius, lateri alterius se respicienti æquale, erũt reliqua latera reliquis æqualia alterũ

alte